

eam quidam nuper *Barnerus Elbingen-*
sis, noster olim in Gymnasio Patavino
 condiscipulus; qui, nisi meam qualem,
 cunqve apud ingenuos viros existima-
 tionem indiscrimen adduxerit, vitam
 sibi omnem acerbam, spiritum nul-
 lum liberum ducit. Quare non tan-
 tum aperte favorem Clarissi. viro-
 rum, Cl. Langelotti præcipue mihi in-
 videt; verum ab anili etiam animi
 quadam impotentia eò abripitur, ut
 nugatoriis convitiis & dicteriis me
 impetere, & bonis omnibus exosum
 reddere conetur.

Quod turpe *Barneri* & ab omni ratio-
 ne devium, audaciæque ac furoris
 plenum consilium, cum ab amicis pri-
 mum, qui in honestum illum libellum
 absqve sanctatis meæ detrimento vix à
 me legi posse affirmabant, nunciaretur,
 non diffiteor fuisse me mediocriter con-
 tristatum (habet enim quendam acu-
 leum contumelia, quem boni viri pati
 difficillime possunt.) statim verò ac vi-
 dendi illum & legèndi copia mihi da-
 batur & rationū pondera exploraban-
 tur, dici non potest, quàm omni fuerim